

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 2511

**Auteur(s) :** Richard des Landes, d'Orval [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (hôpital-Dieu)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1285, mai

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard des Landes d'Orval vend à l'Hôtel-Dieu de Coutances, moyennant 60 sous tournois qui proviennent d'une donation de Nicolle, femme de Guillaume de Falaise pour son obit, une rente annuelle de deux boisseaux de froment et d'une demi livre de poivre à Orval.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° CXI, p. 101-102.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Ricardus de Landis, dictus Burnvet, de parrochia de Aureavalle, vendidi et concessi finaliter priori et fratribus Domus Dei Constanciensis, videlicet duos bussellos frumenti ad mensuram de Constanciis, et dimidiam libram piperis annui redditus ; quem redditum eisdem priori et fratribus assedi et attornavi super totum maisnagium meum, cum omnibus suis pertinentiis, prout se habet et proportat in longo et in lato, et super unam peciam terre mee, que est extra dictum maisnagium meum, que predicta ego tenebam anthea ab eisdem priore et fratribus in parrochia supradicta. Et est dictum maisnagium situm cum suis pertinentiis inter terram heredum Roberti Burnvet, quondam fratris mei, ex uno latere, et viam per quam itur de dicto maisnagio apud Clevonet ex alio latere, et butat ab uno capite ad magnum cheminum per quod itur de Constanciis apud Cerencias. Et dicta pecia terre que est extra dictum maisnagium sita est inter meas terras ex utroque latere et butat ab uno capite ad cheminum as Tangoors et ab alio capite ad viam per quam itur de dicto maisnagio meo ad ecclesiam de Aureavalle, et continent dictum maisnagium et terra duas acras terre vel eocirca. Percipiendum, habendum et reddendum dictum redditum de cetero in perpetuum predictis priori et fratribus eorumque successoribus annuatim, videlicet dictum frumentum ad festum Sancti Michaelis et dictam dimidiam libram piperis ad festum Sancti Martini Estivale per manus mei et heredum meorum, seu per manus quorumcumque tenentium de cetero dictum maisnagium cum suis pertinentiis et terram supradictam, libere et pacifice... Pro hac autem venditione, concessione... predicti prior et fratres habuerunt ex dono et legato Nicholae uxoris quondam Guillelmi de [Falesia ad suum] obitum faciendum annuatim in domo supradicta ; in cujus rei testimonium... Actum est hoc anno gratie M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> octogesimo quinto, mense ma[i]o... die..., post festum Sancti Gregorii.